

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

2. Homines quoque à bellis deterrendos.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45699**

mille: & misit eum in abyssum, & clausit, & signavit super illum, ut non seducat amplius gentes, donec consummentur mille anni. Ita ligat hostem Deus, ne mille excitet hostes. Hoc ni faceret, mundus iam dudum periret. Bella minus frequentia, minus nocent. Nemo putet, multa esse, quæ Deus permittit; cogitemus potius, quot & quantis obster. Non est comparatio eorum quæ sunt, eum ijs, quæ fieri possent. Multis annis terra quietuit, & cùm Mars fureret, etiam multis locis. Possent ubique, possent semper bella durare. Atquit obstat calamitatibus immensa Dei bonditas, quot possunt esse, quot non sunt. Cur inclemens accusamus beneficam illius naturam, cùm una se opponat tot phalangibus dæmoniorum, & una restringat fluxum totius diabolica malignitatis? Non mirandum est, permitti aliquando Acherontici hostibus, ut hostes nobis & bella excitent; mirandum est, quod non plus faciant. Sed hæc est diuinæ misericordiae magnitudo, quod sanguinem humanum, sine satietate stienti bestiæ rufa ne millesimam quidem partem permittat. Sunt enim omnes damnati Angeli, itemque omnes impij tyranni, velut efferati leones in perniciem nostram promptissimi, sed ita diuina potentia cohibentur, ut nihil, nisi eadem permittente, cuiquam nocere possint; nec plus, nec diutiùs possint, quam ipsi justissime videatur. Itaque neque excedit nostram culpam, nec satiat, sed refrenat, dæmonum iram furiamque. Gratia ergo Numini sunt agenda, quod nobiscum tam clementer agat, & nos contra tot pericula protegat, hostemq; omnium immanissimum coercat; ne semper inter arma conflictemur. Contra ipsum autem Stygium Fetialem, non paci, sed bello faciendo ex Orco egredientem, non verbis perdenda, quibus non flebitur, sed arma sumenda sunt, & semper pugnandum, ne eum umquam audiamus. Quid enim, præter insidias, expectari potest ab hoste iuratissimo consilia suggestore?

## II.

Aliter cum hominibus agere licet, quibus eis magna viuendi pro arbitratu licentia est concessa, multa tamen possimus bonis rationibus dissuadere, ne faciant, aut Stygio suggestori auscultent. Quem in finem etiam Poëta Horatius bellum civile detestans ita militantes compellat:

Qnō

Cap. LVI. Bella non temerè suscipienda, ex iusta esse possint. 845

Quò, quò, scelesti ruitis? aut cur dexteris  
Aptantur enses conditi?

Horat. in lib.  
Epod Ode. v.

Parumne campus atque Neptuno super

Fusum est Latini sanguinis?

Neque hic lupis mos, neque fuit leonibus

Vnquam nisi in dispar feris.

Eborone cacus, an rapit vis acrior?

An culpa? Responsum dare.

Tacent: & ora pallor albus inficit,

Mentesq; perculse stupent.

Sepe homines in campum non procederent, si meminisse vellent, incertos esse exitus belli, Martemque communem, nullumq; bellum esse iustum, nisi aut pro rebus reperitis geratur, aut certe ob alias iniurias decretum denuntiatum sit & indictum. Suscipienda quidem bella sunt ut sine iniuria in pace viuatur; attamen in exortendis urbibus diripiendi q; valde illud considerandum est, ne Cic. de officiis temerè, ne quid crudeliter fiat. In omnibus negotijs, priusquam aggrediare, adhibenda est preparatio diligens. Parva enim sunt foris arma, nisi sit consilium domi. Bellum autem ita suscipitur, ut nihil aliud nisi pax quaesita videatur. Item temerè in acie versari & manus cum hoste configere, immane quiddam & belluarum simile est: sed cum tempus necessitasq; postulat, decentandum manu est, & mors seruituti, turpitudiniq; anteponenda: nam occidi pulchrum est, si ignominiosè seruus. Hæc Ethnicus Cicero; cui Oratorum principi, princeps Poëtarum afflans canit:

Nulla salus bello, pacem te poscimus omnes.

Virgil. lib. II.

Aeneid.

Et subscriptit Augustinus Viues, cuius ad Henricum octauum Anglia regem hæc sunt verba: Bellum non est facile suscipiendum, nec certa pax sperata à victoriâ permittanda. De nulla re magis, aut cibis, usus deliberandum est, quam de bello, in quo non licet bis peccare: & ad ad Henr. oct. quod princeps descendere vix debet, etiam ineuitabili necessitate pressus, omnibus primò remedij tentatis, & frustra consumptis. Nullum est tam felix bellum, quo non potior sit iniqua pax, sine curas, sine sumptus, sine discrimina consideres, & contempleris. Itaque de iure suo citius decedat princeps, quam de summa periclitetur, & tantam fortunæ plangam leni lateris inflexione declinet. Varij sunt belli casus, & exiguo mente

III.

Augustinus Vi-

ues in epist.

ad ad Henr. oct.

Angl. reg.

M m m m 3

mento